

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Politische Urkunden von 1266 bis 1332

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1886

1275 - 1276

[urn:nbn:de:bsz:31-326704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326704)

districte precipientes, quatenus nulli unquam hominum sublimi vel humili ecclesiastico vel seculari hanc nostre donationis seu confirmationis paginam licitum sit infringere vel ei ausu temerario contraire. quod si quis presumpserit, triginta libras auri conponat, quarum medietas camere nostre, reliqua vero passis injuriam persolvatur. ut autem presens concessio et confirmatio robur obtineat perpetuo valiturum, presentem paginam conscribi et sigillo nostre celsitudinis fecimus roborari. testes hujus rei sunt venerabilis dominus Wernherus archiepiscopus Maguntinus, Fridericus Spirensis episcopus, Henricus Basiliensis episcopus, Philippus dux Carintie, Fridericus buregravius de Nürenberg^a, Emicho de Liningen et Eberhardus de Katzenelnbogen comites, Gotzo de Hohenloch, Waltherus de Clingen, Philippus de Valkenstein, Philippus de Bonlandia, Bruno de Hornberg^b, Cünradus de Tån, Cünradus de Landesberg^c, Burcardus et Peregrinus de Wangen et alii quam plures.

∴ Signum Rudolphi Romanorum regis invictissimi ∴ (M.)

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, sexto idus decembris, indictione quarta, regni nostri anno tercio.

Datum apud Hagenoiam presentibus testibus suprascriptis.

S aus Straßb. St. A. AA art. 1 nr. 18 or. mb. c. sig. pend.

S 1 coll. ibid. or. mb. c. sig. pend. delapso. Links schon unter dem Bug stehen die Worte Rüdolfus rex manu, von einer gleichzeitigen Hand geschrieben, die jedoch von der mea scripsi des Textes verschieden ist. Auch zeigen sie hellere Tinte.

Gedruckt aus dem Briefbuch A fol. 16^b ibid. bei Schöpflin Als. dipl. II, 10 nr. 701. — Böhmer R. Rud. nr. 215.

48. Henricus Treverorum archiepiscopus omnibus fidelibus contritis et confessis, qui oratorium fratrum heremitarum sancti Augustini Argentine in festis dedicationum ac patronorum per octavas cum devotione visitaverint vel manum adjutricem ad opus eorum porrexerint, accedente consensu diocessani quadraginta dies de injuncta penitencia relaxat. «devotionis pietas ac sancte religionis.» datum in Treveri anno domini 1276 in vigilia annunciationis virginis Marie. 1276 März 24 Trier.

T aus Straßb. Thom. A. lad. Augustiner 10 or. mb. c. sig. pend. delapso.

49. Pabst Innocenz V gibt dem Erzbischof von Trier den Auftrag, er möge die nachtheiligen Folgen, welche sich aus der eidlichen Verpflichtung des Bischofs und Domcapitels von Straßburg betreffend die Besetzung des Schultheißen- und Richteramts daselbst ergeben haben, zu beseitigen suchen. 1276 Mai 7 Rom im Lateran.

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . archiepiscopo Treverensi salutem et apostolicam benedictionem. ad audientiam nostram pervenit, quod cum olim in civitate Argentinensi burgraviatus scultetatus et quorundam aliorum civitatis ejusdem judiciorum officia ad collationem venerabilis fratris nostri . . Argen-

a) S 1 Nürenberg. b) S 1 Hornberg. c) S 1 Landesberg.